









1725.

1. Alner, Christianus, Gregorius: De testamento posteriore imperfecto prius perfectum irritante.
2. ^{ab}Sebaerovs, Georgius Christianus: Successionem inter ingenuos jure sanguinis et intestato civilem publico examini subij.
3. Hayme, Thomas: De causa rebendi.
4. Ludolff, Hieronymus: De usu et abusu medicamentorum expectorantium.
5. Müller, Johann Gualter: De retracta ex vicinitate.
6. Pre, Joh. Fridericus, de: De balneo Evangelico Samaritano.
7. Pre, Joh. Fridericus, de: De officio lactantium.
8. Schmidtus, Johannes Christophorus: De venditione inverte praeviorum subditorum in Lust. Sup.

H. Prof. Unesp.

9. Struik, Dr. Philippus, Facult. juridicae Decanus:
 l. b. s. (ad Regulatorem in ang. Godspen Willelmi
 Fompelti invitat).
10. Struik, Dr. Philippus, Facult. ²juridicae Decanus l. b. s.
 (ad Regulatorem in ang. Jacobo Epdraini Fompelti
 invitat).
11. Struik, Dr. Philippus, Dr. Decanus Fecorum
 ordinis: (ad lectionem . . . cursoriam Ernesti
 Fannuclis Tenzelli invitat)
12. Struik, Dr. Philippus: De licito iudicis favore
13. Struik, Dr. Philippus: De eo, quod iustum est circa
 restitutionem fructuum, quoad eum, qui vicit
 in possessorio, sed postea succubuit in petitorio

14. Streit, Jo. Philippus: Disputationes inang. juridicae,
etiam positiones miscellaneae ex jure cambiali,
potissimum Saxonico.

15. Tenzell, Ernestus: De renunciationibus jurium
invisis et invisibilibus.

16. Tenzell, Ernestus, Facult. jur. Dene . . . Decanus:
Programma inaugurale praemissum lectioni cursoriae
. . . et dissertationi inaugurali: . . . a Petro
Christiano Rosen . . . habendis

17. Tenzell, Ernestus: De inspectione cadaverum judiciali.

18. Tenzell, Ernestus: De eo, quod justum est circa opera
solida, tam jure communi, quam statutario Fribur-
gensi

19. Tenzell, Ernestus, Facult. jur. Dene Decanus: Programma
inaugurale, quo . . . invitatus ad frequentandum

H. Hof. Ernest.



lectionem cursoriam. -- haecque finita orationem
inang. Samuelis Trübneri Grosseri

20. Tengelinus, Emeritus, Facult. juridicae Decanus: Prae-
gramma inaugurale, quo . . . invitatur ad audien-
dam lectionem cursoriam . . . haecque finita
dissertationem inaug. . . . a Thoma Hayne
. . . habendas.

21. Tengelinus, Emeritus: De eo, quod iustum est esse jus
Hereditarium Litterariense

22. Tengelinus, Emeritus, Facult. juridicae . . . Decanus:
Programma inaug. . . . , quo . . . invitatur
ad audiendam lectionem cursoriam . . . et dis-
sertationem inaug. a . . . Dominico Ernesto Goph-
Heuzog . . . habendas.

23. Tengell, Ernestus; Facult. juridicae Decanus: et lectionem
solemnem . . . hacque finita dissertationem inauguralem
a . . . Coad. Jure Joanne Gottlieb Mullero . . . habendas
invitat.

24. Tengell, Ernestus . . . Collegii Jeterum . . . Decanus:
et lectionem solemnem . . . et dissertationem inaug.
a Domino Jure Christophoro Ottone . . . habendas
. . . invitat.

25. Tengell, Ernestus; Decanus Facult. juridicae . . . praevia
et actus solennes lectionem nempe cursoriam . . .
et dissertationem inaug. . . invitatione a . . . Domino
J. Christophoro Schnieder . . . habendas . . .
dissert.

26. Tengell, Ernestus; ^{De peregrinis} ~~Decanus~~ Facult. juridicae . . . praevia
~~et actus solennes lectionem nempe cursoriam . . . et~~

H. Prof. Ernest.

~~Disertationem inaug. insititiois De
suis. In Christophoro Schmeiters tractatus
dissert.~~

2724. Jenzell, Ernestus, Decanus Facult. juridicæ
... indicat : esse habendamlectionem cursivam
... et hæc finita Disertationem inaug. a. Jomius

98^a Trame Georgio Vogelio

28^b Truber, Joannes Philippus : De conversationis revo-
catione

De

m

ius

los.

H. Prof. Bruch.



4.
DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA,
**DE USU ET ABUSU
MEDICAMENTORUM
EXPECTORANTIUM,**

395
1723, 4
QVAM
SACRO SANCTA TRINITATE JUVANTE,
IN ALMA ET PERANTIOVA UNIVERSITATE
ERFURTENSI,

RECTORE UNIVERSITATIS AC PRO-CANCELLARIO,
VIRO MAGNIFICO, MAXIME REVERENDO, PRÆNOBILI, AMPLIS-
SIMO ATQVE CONSULTISSIMO,

DOMINO

**CHRISTOPHORO IGNAT.
DE GUDENUS, J.U.D.**

Insignis Eccles. Colleg. S. Sev. Can. Cap. & Scholast. Eminent. ac Celsiss. Princ. Electoris Mo-
gunt. Consil. Ecclesiast. Ejusdemque per Thuring. in Spirit. Sigillifero;

**CONSENSU ET AUTORITATE AMPLISSIMI
MEDICORUM ORDINIS**

SUB PRÆSIDIO

DN. HIERONYMI *Sudolff*

Philosophia & Medicina Doctoris,

Eminentiss. Elect. Mogunt. Consil. & Archiarr. Facult. Medicæ ac Philos. p. r. DECANI &
Assessoris Ordinar. n. n. Chymia & Mathem. Prof. Publ.

DOMINI PATRONI ET PROMOTORIS SUI ÆTATEM COLENDI,

PRO LICENTIA

ET SUMMIS IN MEDICINA HONORIBUS MORE RITU-
QVE MAJORUM SOLENNI LEGITIME OBTINENDIS,
PUBLICÆ ERUDITORUM CENSURÆ SUBJECIT

AUGUSTUS CUNRADI, *Spremb. Lusat.*

IN AUDITORIO MAJORI COLLEGH MAJORIS, H. C.
IN DIE XIX. AUGUSTI, M DCC XXIII.


ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

CHRISTOPHORUS LEYB
INCIPIT LIBRUS

DE THEORIA ET PRACTICA

ALBERTUS MAGNUS





PROŒMIUM.



Rima fronte admodum speciosa videtur esse secta Methodica, cujus Autor fuit THEMISON LAODICEUS, excultor vero THESSALUS TRALLIANUS, cum facilitatem discendi præ se ferre videatur, artemque Medicam sex Mensium spatio addisci posse clamitabat, in omni morbo non nisi respectum ad laxum, strictum & medium neglectis signis æque ac causis habens. Verum enim verò quòd eadem haud diu steterit, HISTORIA MEDICA testatur, neque quòd firmo stare talo potuerit, sed suo merito corrui debuerit, ex intimiori consideratione AM-

PLÆ & ALMÆ MEDICINÆ facile cuilibet patescit. MEDICINA sanè latissimè pater, neque est unius ejusdemque hominis, eandem penitus ac penitus absolvere velle, termini vero laudati de laxo & stricto prorsus insufficientes sunt; Requiritur sanè notitia exacta status primo naturalis, deinde præternaturalis, quod utrumque est amplissimum negotium, si id quidem debite perscrutari velis. Profundissimum est pelagus, reliqua omnia si perpendas, rerum & considerationum Medicarum, quod exhaurire velle, impossibile prorsus est. Nolo jam vel generalioribus titulis ea omnia delineare, quæ sub latitudine Medicinæ comprehenduntur, siquidem neque paginæ essent huic intentioni sufficientes, neque tempus sufficeret, neque facultas; Instituti potius mei memor existens, cùm totum opus conscribere jam haud opus sit, sed specimen inaugurale à me desideretur, ex latissimo materiæ medicæ campo huic considerationi destinavi, ac selegi MEDICAMENTA EXPECTORANTIA, eorundem USUM & ABUSUM, qua poterit fieri concinnitate ac brevitate, in paragra-

graphis sequentibus traditurus. DEUM verò ter O. terque M. supplicibus imploro precibus, ut meo qualicumque conatui ac labori ex alto adsit, eidemque paternè benedicat, à Lectore verò Benevolo humanissimè peto æquum iudicium & favorem nullo non tempore durantem.

§. I.

Dari medicamenta specifica & non dari diversimodè statuitur. Alii prorsus negare videntur medicamenta specifica ex eo, quòd per totum machinæ ambitum transeant, atque energiam suam inibi instituunt; Alii specificam prorsus virtutem in specialibus partibus solum se exerentem statuunt; Alii verò, & quidem tutiori via ^{τὸ ἐπιχειρῆσαι} eligunt, quòd quidem medicamenta, hæc & illa, specialem dispositionem ratione particularum constitutarum obtineant, qua mediante, & signatura sæpè comitante, ac illustrante, sed tamen intercedente mutatione varia in primis viis æque ac toto corpore specificum post se relinquunt vel faciunt effectum. Exempli loco sint dicta Expectorantia sive Pectoralia, cuius usum & abusum sum consideraturus.

§. II.

Primò itaque paucissimis occurrit nomenclatura, secundum quam *expectorantia* dicuntur *medicamenta*, quæ qualitates noxias è thoracis cavitate educunt,

vel ne thorax lædatur, præservant. Dicuntur aliàs quoque *thoracica*, item *pectoralia*, & à parte, quæ adhuc specialius afficitur, vel solamen accipit, pulmone nimirum, *pulmonalia* & *pneumonica*, item *bechica*. Germanis Brust-Mittel, Brust-Argneyen, ablösende oder stärkende Brust-Elixire, Tincturen, Essenzen, Mixturen und Lattwergen, u. s. f.

§. III.

Ex quo liquefcit, quòd paulò latius heic accipiantur vocabulum *expectorantium medicamentorum*, ut sub se comprehendant medicamenta ejectionem ipsam & expectorationem promoventia, æque ac eandem temperantia, moderantia ac præparantia quoque ipsa, ad unum eundemque scopum collimantia.

§. IV.

Hinc secundò *expectorantia* sive thoracica medicamenta quoad *essentiam* sunt & quoad *usum*, quæ quocunque modo pulmonis tonum sartum teetum servant, eundemque moderantur, ne ab humorum statu p. n. ac perverso vitium aliquod capiat, adeòque generantim sunt talia, quæ bronchiorum & vesicularum pulmonalium sufficientem expansionem, æqualitatem atque integritatem tuentur, speciatim verò, quæ singulis illis velificantem humorum qualitatem & sequeacitatem moderantur, aerisque liberio rem meatum & remeatum & hinc debitam inspirationem & expirationem causantur, moderantur & producent.

§. V.

Dicti duo actus, sub communi respirationis nomine militantes, sunt vel maximè necessarij, tam quoad

quoad vitam absolute conservandam, quam quoad vitam possibiliter tuendam. Respiratio vero libera dependet ab eo, quando viae ad hanc actionem requisita, i. e. pulmo cum suis vesiculis & vasculis, sunt liberae, debito gaudentes tono, situ, figura, compage, & qualitibus aliis debite adexistentibus. Quid sit pulmo, neminem latet: Est nim. situs in cavitate thoracis, in duos lobos, dextrum & sinistrum, divisus, quoad figuram unguam bubulam referens, cujus lobi extrinsecus gibbi sunt, ubi interiori cavitati applicantur, intrinsecus cavi, ut eor amplexu suo capiant, in parte antica mediante mediastino cum sternone, postica autem cum vertebris, & interdum quoque ad latera interveniente pleura connexus, tunica nervosa, tenui & porosa, pleurae sobole & exquisito sensu praedita gaudens, infinitis minimis vesiculis orbicularibus & sinuosis, vasis item majoribus ac minoribus, aspera arteria seu trachea, arteria pulmonali, seu vena arteriosa, arteria bronchiali, vena pulmonali, seu arteria venosa, venis pnevmonicis, vasis lymphaticis & nervis quoque ipsis a paris vagi trunco provenientes ornatus. Alias autem commodè pulmonem, tanquam spongiam, concipere licet, quae infinitis canaliculis est excavata, speciatim vero tunica propria seu tegmine membranaceo undique intertextata & circumvestita, ut tota pulmonis substantia hinc ab extra pressura aeris inflari valeat. Quod si itaque pulmo cum dictis suis partibus liber & immunis est, respiratio quoque libera observatur, sin minus, eadem vitatur vel impeditur.

§. VI.

§. VI.

Unde hoc casu vel angustatur quoad substantiam, vel quoad viciniam, aut etiam quoad canales asperæ arteriæ, bronchia, sive extrema illa capillamenta; Ast quoniam viæ angustatæ vel expansæ respectivè se magis passivè habent, humores autem peccantes, viciosi, obstruentes & subsistentes activè, hinc non nisi secundariò partem affectam, primariò verò humores dictos p. n. respiciunt omnia *expectorantia remedia.*

§. VII.

Adeoque dicta medicamina agunt, quatenus præter toni & roboris conservationem balsamicam vel humorem subsistentem, vel violenter illapsum, tollunt, hinc in his duobus extremis moderandis consistit vis, virtus & efficacia, & sic consequenter pectoralia remedia ex duobus quasi loculis eruuntur, incidentibus nim. & incrassantibus, varie tamen modificatis, neque medium tenentibus locum exclusis.

§. VIII.

Dum autem incidentia & incrassantia voco, facile equidem unusquisque intelligit virtutem eorundem generalem, sed si ad modum agendi, quomodo unumquodque medicamentum taliter agat, respiciamus, maxima difficultas oritur specialius determinandi, in quibus præcisè particulis hæc virtus consistat, & quomodo ab aliis remediis similibus simile differat, ubi sæpius equidem videmus ex praxi, ex observationibus atque experientia, quòd hoc vel illud medicamen incidat, attenuet, resolvat, incrasset & expectorationem debitam conciliet, sed qualibus præ-

præcise particulis hoc fiat, sæpè nobis minùs com-
pertum est, cum τῶν δὲτῶν solùm contentis esse debitis, &
τῶν δὲτῶν pro nunc desitutis.

§. IX.

Interim quantum possibile est, specialius deter-
minabitur, quales sint vires, vel quales qualitates, quæ
inibi agunt, in classes pro virili redigendæ. Hinc
omnium primò per dicta se offerunt *Incidentia*, *atte-
nuantia*, *detergentia* & *pectus intimiùs purificantia*, quæ
humores in pulmonibus hærentes, vitiosos, serofos,
quietos, lentos, crassos, & viscidos præparant, tem-
perant, corrigunt, in motum reducunt, & excreari
ac extuffiri eosdem faciunt, adeòque infarctum
omnem q. f. p. expediunt.

§. X.

Differunt verò hæc invicem, quatenus alia sunt
acria, fale volatili magis vel minus penetranti cœta, uti
sunt rad. ari, trifolii fibrini & ejusd. herba, hyssop-
pus, rorella, erysimum, & inde paratus syrupus Lo-
belii, anisum, & inde paratus $\Omega \Theta \star$ ci anisatus, fœ-
niculum, flores & ess. benzoës & ita porrò. Alia
sunt *amara*; ut rad. tusilag. helenii, aristolochiæ ro-
tundæ, squilla, herb. hyssopi, marrubium, tusilago,
scordium, pulmonaria, epatica nobilis & rel. Alia
verò sunt *sulphurea magis*, *sulphure nim. blando*, *volatili
nunc oleoso*, *nunc aquoso*, *gaudentia*: Radices gly-
zyrrhizæ, althææ, ireos Florentinæ, herb. veronicæ,
betonicæ, cherefolii, fl. Stœchad. Arab. Scabios. sem.
anis fœnic. carduibenedicti, Mariæ, anis. Turc. lign.
sassafras, nuclei pin. pistacearum, squil. ppt. gummi

B

am-

ammoniacum, myrrha, crocus, ceu anima pulmonum, flores sulphuris, & inde paratus bals. sulph. anis. fœnicul. vel amygdal. & ipse therebinthinatus in robustioribus, extractum croci, helenii, glyzyrrh. essentia myrrhæ balsam. helenii, rorellæ, aqua asthmatica. Elixirium pectorale Rolf. Michael. Wed. & similia composita. Alia porro sunt *dulcia*, mediantibus particulis roscidis spiritales partes optime lenientia & detergentia atque complanantia. V. gr. Radix & succus glyzyrrh. succus glyzyrrh. Hisp. adinstar omnium, rad. polypodii, rapæ exsiccatae, & succus exinde paratus, sive decoctum, sem. anis. & inde præparata, manna, passulæ minores, caricæ pingues, & utraque conjunctim vel seorsim cum Ψ desuper deflagrato præparatae, dactyli, jujubæ, sebesten, saccharum cantum, mel, sir. de tusilag. capill. ♀. glyzyrrh. hyssop. viol. scabios. pilosell. pap. rhead. de erysim. Lobel. de symph. Fernel. dialth. Ej. oxymel squilliticum s. & comp. loch. ad asthma, de pulm. vulp. de farfar. de caulibus, sanum & expert. diacodium, decoct. flor. & fructuum, conserva herb. costæ, scord. scabios. rorell. violar. bellid. papav. rh. &c. Neque *acida* & *acido dulcia* hæc loci sunt excludenda, acida tamen illa non vitriolata, sed magis salina esse debent, v. c. spiritus salis, \ominus dulc. \ominus \ddagger ris, \ominus asthmaticus D. Michael \ominus Aperitiv. Penoti in subjectis nonnullis una cum aliis medicamentis maximè conducibilia.

§. XI.

His laudatis medicamentis optime secundò interpolari

lari possunt tanquam genuina adiutoria, *Resolventia*, humorum quieti, in thorace præsentem, speciatim quoque debita, quatenus sanguinis æque ac feri *visum*, subsistentiam & stagnationem, tam in bronchiis, quam in alteratro latere forteam conceptam remouent, & id quidem vel per insensibilem transpirationem, aliave excernicula, vel per suppurationem. Huc pertinent generatim *universalia diaphoretica, volatilia ac fixa*, in omnibus catarrhorum speciebus appropriata specifica, $\frac{1}{2}$ diaphor. l. & $\frac{1}{2}$ tum, bezoard. miner. $\frac{1}{2}$ al. antihect. Poter. cinnab. nativ. & $\frac{1}{2}$ ii, $\frac{1}{2}$ Ot $\frac{1}{2}$ ii. & si viscidum magis & glutinosum quasi phlegma deprehendatur, ipse $\frac{1}{2}$ diaphor. in casu cumprimis conjunctæ luis $\frac{1}{2}$ ea. Speciatim verò locum inibi suppleunt omnimodè omnia remedia, *quæ in casu ab alto proficua sunt*, exemplo pulveris ad casum August. vel alior. Adinstar omnium est sperma ceti, utramque paginam absolvens, & temperans ac corrigens, & incidens ac resolvens, & sic expectorationem optimè promovens; Alias huc refer cherefolium, bellid. veron. beton. fl. scabios. scord. rusilag. sem. anis. carduib. Mariæ, fl. $\frac{1}{2}$ r. & ex inde parata, lapides cancerorum, perlar. conch. præpar. myrrham, gumm. ammon. pulv. pleuritic. Horstii, Wedel. pulv. pectoral. balsam. & resolv. Laud. Wedel. pulv. Haly contra phthis. trochisc. bechic. alb. l. rubr. &c.

§. XII.

Ordo jam exigit considerationem *incrassantium*: sed statim dubium oboritur, annon potius incrassantia expectorationem impedire, quam promovere valeant,

Jeant, sed ad expectorationem decentem humores aptare, testatur experientia, optima rerum magistra; sunt verò incrassantia talia medicamina, quæ humores tenues, acres, salfos, rodentes & titillantes, ad quietem & frugem reducunt, præparationem & debitam coctionem inducunt, ut sub naturæ dominio hinc ejiciantur, tollunt simul orgasmum & acrimoniam fluxilem moderantur, ac cum euphoria retundunt, hocque nomine, cum abituros ad pulmones humores quasi remorentur, intercipientium titulo superbiunt, vel & figentium, quod in centro detineant sal irritativum, morbosum, usque dum ad exitum præparatum & satis promptum sit factum.

§. XIII.

Speciatim ad incrassantia referuntur *mucilaginosæ*, *adstringentia* & *travumatica*, & tandem quoque ipsa *opiata*: *Mucilaginosæ* ex temperatis, terreis, pinguis, sulphureis, inviscantibus, analepticis præcipuè, aliisque eliguntur v. gr. rad. alth. aristol. O. helen. ir. flor. tusfilag. herb. costæ, lichen. scord. bugul. polygonum. conserv. rosar. papav. rh. fl. papav. rhœad. nuc. pin. pistac. sem. hyoscyami, amygdal. dulc. jujubis, sebesten, gummi Arabico, gelatina C. C. vel Eboris, pulv. Haly contra phthif. speciebus & rotul. diatragacanthæ fr. specieb. diair. simpl. & Salomonis. Inter *adstringentia* & *travumatica* varia meritò ceu appropriata simul recensentur rad. Aristol. rot. symphyt. bistort. tormentill. herb. sanicul. agrimon. alchymill. consolid. omn. millefol. vinc. per vinc. flor. hyper. balauft. millefol. sem. hyoscyam. plantag. N. M. *mumia*,

mia, bol. Armen. lap. hæmat. sangv. Dracon. osteo-
coll. ▽ figill. Japon. Lemnia, pulv. contra casum, travm.
Zvvelf. styptic. Heurn. Croll. Wedel. alb. & rubr.
trag. gr. act. sir. de symphyt. Fernel. rosis siccis, TR.
sulphuris, Öl. & ipsa ess. travmatica. *Opiatorum* lo-
cum sustinent, pilulæ de cynoglossa, styrace, theria-
calia, theriaca ipsa Andromach. ther. cœl. ess. the-
riac. balsam. extract, anodynum, laudanum opiat. ess.
anodyn. diacodium, Tinct. papaver. rhæados, ejusdem-
que sirupus.

§. XIV.

Sicuti verò inter modò recensita *incidentia*, *resol-
ventia* & *incrassantia* dantur quoque temperata & me-
dia quâsi, ita speciatim hunc locum suppleant *tempera-
ta dulcia* in utraque classe communia & facile subjun-
genda, nec minus *temperantia humectantia*, utpote
quæ deficientibus & exhaustis quasi humoribus ob-
viam eunt, medio veluti scopo & fine diluendi, ab-
stergendi, reficiendi, analeptico: Ut aqua pulmo-
num vituli, decoct. avenaceum, hordeac. cum passu-
lis minor. Coffee, succi herbarum temperantium,
scord. veron. tusfilag. acaciæ, scabios. papav. Emulsio-
nes ex amygdal. dulc. pin. pistac. potiunculæ, & di-
luentia aquea alia.

§. XV.

Et quemadmodum in antecedentibus usum ex-
pectorantium medicamentorum generatim descripsi-
mus & speciatim, ita tamen superesse adhuc videtur
specialior determinatio affectuum, symptomatum &
morborum ipsorum, quibus hæc remedia opponi de-
bent.

bent & doses quoque in singulis medicamentis determinandæ & temporis adhibitionis, aliarumque circumstantiarum. Ast hæc a nobis jam præsupponuntur ex materia medica, libris practicis & collegiis Clinicis. Neque possibile jam esset omnia hæc secundum suam latitudinem ex debito expendere, quare hac pro temporis ratione unum vel alterum exemplum sufficiat affectuum, in quibus Thoracica adhiberi debent. Medicus vero unusquisque Practicus in obviis quibuscunque casibus pectoralium affectuum naturam, subjectum & affectum optime dignoscere & cum primis hoc sæpe respicere tenetur, quid juvet aut noceat, & sic usum genuinum in diversis subjectis diversum ac variantem exinde facile determinabit.

§. XVI.

Exempli gratia si adfit *angina*, propter deglutitionem difficilem, itidem expectorantia cum diaphoreticis, diaphoreticis & specificis aliis optime combinantur: Rec. TR. Bez. Mich. ʒij. M. S. Elixir. pector. W. à ʒj. eff. lign. succin. à ʒ^o. M. D. Rec. ▽ scabios. scord. carduib. fl. samb. cherefol. ana ʒj. pulv. pect. bals. resolv. Wed. ana ʒ^o. & diaph. ʒj. Elix. pector. ʒj. Extr. glyz. scab. forzon. ana gr. vj. Sir. pap. rhœad. ʒ^o. M. Rec. arcan. dulpl. Mynf. pulv. pectoral. bals. Wed. ana ʒij. bez. ʒal. ʒj. M. F. l. a. pulv. in 4. 5. vel 6. partes divid. Imò in applicatione laxantium huc si respiciamus, & mannam immisceamus, optime est actum v. gr. Rec. brodii fol. fenn. ʒij. mann. elect. ʒj. M.

§. XVII.

In *peripneumonia* expectorantia quoque sunt valdoperè

doperé necessaria debite intermixta: Rec. TR. bez.
Wedel. eff. theriac. elix. pectoral. ana ʒi^β. eff. croc. a-
nod. ana ʒj M. Rec. pulv. bez. Senn. pleurit. Wedel. ana
ʒ^β arcan. dupl. Mynf. sperm. ceti ana ʒj. M. F. l. a. pulv.
Rec. TR. fl. bellid. papav. rh. ana ʒij. Ω Θ dulc. ʒj.
clyff. \ddagger $\text{\textcircled{A}}$ rat. ʒij. M. Rec. rad. glyzyrrh. scorzon. Mon-
tan. Ital. ana ʒj. herb. carduib. verben. tusfilag. chere-
fol. bellid. ana m^o. fl. scab. bellid. papav. rh. ana p. ij.
hord. mund. m. ij. raf. C. C ʒj. ficuum pingu. n. vj.
sem. carduib. anis. ana ʒj. M. concis. contuf. g m. Coqu.
in f. q. ∇ f. Rec. colaturæ ʒij. elix. pectoral. ʒij. TR. fl.
bell. papav. rh. ana ʒi^o. fir. hyslop. capil. $\text{\textcircled{f}}$ ana ʒ^o. Ω Θ
dulc. ʒ^o. M. D.

§. XVIII.

Nec exulant eadem in phthisi, sed sequ. bono usu
adhiberi valent; Rec. Elix. pect. Michael. ʒij. eff.
ther. bals. traumat. lign. aloes. ana ʒj M. Rec. rad. gly-
zyrrh. symphyt. herb. lichenis, tusfilag. urticæ min.
scordii ana ʒij. fl. $\text{\textcircled{A}}$ fung. salicis ana ʒi^β. croci ʒ^β. ff.
cant. ad p. o. M. Rec. ∇ summ. pin. tusfilag. veron. co-
stæ, scord. pulmon. vituli ana ʒj. elix. pect. W. ʒi^β.
antihect. Poter. ʒ^β. matr. perl. præpar. corall. alb præ-
parat. ana ʒj. extr. pulmonar. bellid. scab. fl. $\text{\textcircled{A}}$ eo ana
ʒ^β. fir. papav. rhæad. tuffilag. ana ʒi^o. M. Rec. fir. de
symph. Fern. papav. rh. ana ʒ^o. loch. de pulm. vulp.
ʒj. pulv. Haly c. phth. r. d spec. diatrag. frig. ana ʒij.
antih. Poter. pulv. absorb. W. ana ʒj. elix. pectoral. ʒij.
M F l. a. Lohoch. Rec. conserv. rofar. scord. herb. costæ
ana ʒj per Haly c. phth. r. d ʒij. cort. chin. de chin. ʒij.
antih. Poter. pulv. absorb. W. ana ʒ^o. extr. scab. bellid.
ana

ana ℥β. fir. capill. ♀ glyzyrrh. ana q. ſ. M. F. l. a. Ele-
lectuar. &c.

§. XIX.

In ipſa quoque pleuritide bono cum ſucceſſu,
cautè tamen, adhibentur: Rec. liquor. bez. elix. pe-
ctoral. ana ʒij. eſſ. anod. ʒβ. Misc. Rec. C. C. ſ. Δ præ-
par. bez. miner. ocul. ∞. præp. dent. apri præp. man-
dib. luc. piſc. ana ʒj. † nativ. ℥β. M. F. pulv. adinſtar
cuſpidis cultri vel cultelli ſumendus. Rec. pulv. pleurit.
Wed. ʒj. † diaph. pulv. abſorbent. W. ana ʒj. M. F. pulv.
vel Rec. TR. fl. bell. pap. rhœad. ana ʒi. ∩ ⊖ rectif.
ʒβ. M. D. in Vitr. vel Rec. ∇ cardui Mar. benediçt. pul-
monariæ, ſcordii, ſcabiõs, cherefol. ana ʒj. papav. rh.
ʒvj. dent. apri phil. præpar. mandib. luc. piſc. oc. ∞.
præp. C. C. phil. præpar. † nativ. ana ℥β. extr. fl. bel-
lid. ſcord. ſcabiõs. ana ℥β. ∩ ⊖ dulc. gr. XV. fir. ſcab.
papav. rh. ana ʒij. M. F. l. a. Potio. &c.

§. XX.

In tuſſi quoque eadem ſunt combinanda: Rec.
elix. peçt. Mich. vel Wed. ʒiij. eſſ. gumm. amon. ʒβ.
anod. ℥β. M. vel: Rec. elix. peçtoral. diçt. ʒij. eſſ. ſuc-
cin. lign. aloes, trifol. fibrin. ana ʒij. caſtor. anod. ana
℥β. ∩ ⊖ *ci anifati ʒj. M. vel Rec. TR. ♂ cydon.
ʒij. helleborat. ʒj. balſ. ♀ anif. vel amygdal. gt. vj. ar-
can. ♀r. ʒij. M. item: Rec. pulv. peçtoral. balſ. reſolv.
W. ana ʒij. ſpec. diair. ſ. ʒj. diatrag. frig. ʒj. laud. opiat.
gr. iv. M. F. pulv. item: Rec. ∇ tuſſil. cerefol. hyſſopi,
veron. marrubii, pulmonar. ana ʒj. fl. ♀ ʒj. C. C. phil.
præpar. † ♂. cacheçt. ana ʒβ. fl. benzoës ℥β. elix. peçt.
W. ʒiv. extr. helen. glyzyrrh. ana ℥β. rotul. manus
Chr.

Chr. perlat, q. s. pro grato sapore, M. vel Rec. loch.
de farfara ꝑ̄ss. fir. jujubin. papav. rh. ana ꝑ̄j. trochisc.
Becch. spec. diatrag. frig. ana ꝑ̄ij. extr. glyzyrrh. ꝑ̄j.
elix. pect. ꝑ̄j. eff. anod. gt. v. M. vel Rec. spec. dia-
trag. frig. ꝑ̄ij. diair. simpl. fl. ꝑ̄r. ana ꝑ̄ij. extr. gly-
zyrrh. helen. ana ꝑ̄ss. o dest. anif. scenic. ana gtij. ff.
cum s. q. ∇ tussil. solut. ꝑ̄iv. M. F. l. a. rotulæ & ita
porrò.

§. XXI.

Hæc & similia vel in his vel aliis quoque simili-
bus casibus, quos silentii peplo jam involvere teneor,
mutatis mutandis, & universalibus necessariis, pur-
gantibus appropriatis, diaphoreticis & sudoriferis, &
diureticis præmissis quoque, nec minus interpolatis
per dicta resolventibus, aperitivis, abstergentibus, ad-
stringentibus, incrassantibus, traumaticis, ipsisque a-
nodynis, sufficientia erunt pro usu expectorandi in-
terno. Externa verò jam haud sunt reticenda, quæ
expectorationem etiam promovent & modulantur, ut
ungv. de alth. pectorale, rubr. potab. resumptiu. pingu.
lucii pisc. empl. de melilot. diasulph. Rul. v. gr. Rec.
empl. diasulph. Ruland. de melilot. ana ꝑ̄j. pingv. luc.
pisc. ꝑ̄j. o lil. alb. q. s. M. F. l. a. Empl. pectori impo-
nendum. vel Rec. ungv. dialth. comp. ꝑ̄i^o. rub. potab.
ꝑ̄ss. o lilil. alb. ꝑ̄ss. lign. rhod. gr. vj. M. Rec. rad. Ze-
doar. alth. ana ꝑ̄ss. herb. malv. chamom. c. tor. ana
nij. abrotan. m. j. fl. verbas. chamom. Rom. meli-
lot. ana p. ij. sem. carv. ꝑ̄vj. scen. græc. ꝑ̄ij. lini con-
quass. ꝑ̄j. ⊖ commun. m. iv. M. conc. contusa gr. m.
fiat sacculus pectori calide imponendus.

C

§. XXII.

Rectum est norma obliqui: Ex usu itaque medicamentorum expectorantium, vel in antecedentibus generalius aut specialius deducto, vel ex præcognitis supposito, eorundem abusus facile determinatur, præsertim si casus offerantur practici, in quibus facile judicemus, quænam ex his noceant, quænam profint. Cum verò hæc res, singula hæc per casus percurrere, sit nimix prolixitatis, liceat sporadicè quasi solùm quædam attulisse ad hunc scopum collimantia.

§. XXIII.

Cum medicamentis universalibus semper cautè est procedendum, hinc si eadem in majori, quàm par est, copia aut præposterè, admittantur, nocent. Nocent debili pectori, & affectum exacerbant, in tabidis speciatim, consumptis & phthificis & hæmoptycis, removenda. Specialiùs in his nocent aloëtica, propter virtutem fermentificam, calefaciendi & exsiccandi, Helleborata verò, colocynthiaca, ☿ ☉ ii vomitor. ☿ us vitæ &c. prorsus sunt ibi removenda.

§. XXIV.

Frigida, acida, salina, ☉sa, ☉lica pectori maximè esse inimica, communiter dicitur, sed explicationem patiuntur; Frigida & ☉lica per se sunt noxia, ut & acida, si excipias acida Salina magis, non vitriolica. In omnibus tamen cautè est procedendum, & singula hæc intelligenda de pectore vel debili, vel eroso ac phthifico: Aliàs enim deprehendimus acida salina & nitrosa, ☉ ☉, ☉ ☉, ☉ ☿, clyffum ☿ ii ☿t. in pulmone non debili in pleuritide ipsa, convenire, expectorationem

nem & tuffim promovendo, & in affhmate quoque incidendi fine, cum dulcibus mixta & refracta.

§. XXV.

Acria reliqua quævis etiam cautè sunt adhibenda habito respectu ad humoris expectorandi qualitatem: Sic e. gr. in hæmoptysi, & phthisi cum ulcere pulmonis, arum, fir. de erysim. Lobel. fl. benzoës & ita porro potius nocebunt, sed temperata media, rad. chin. glyzyrrh. scabios. scordium &c. cum interpolatis stypticis & anodynis locum inibi habent. *Opiata* verò & *anodyna* in affhmate vel tusi anxiosa sterili & repletis bronchiis cane pejus & angue sunt fugienda, sed potius materies ante est incidenda, resolvenda, inter incidentia enim & incrassantia accurata debet fieri distinctio, à qua omnis salus & levamen, vel majus discrimen & mors. Speciatim in phthisi apertum est, tam diu vitæ spem superesse, quamdiu succedit expectoratio sputi, quæ adeoque meliori omni modo, interpolatis tamen anodynis blandis est conservanda. Si verò inibi incrassantia, opiata fortiora, aliaque adhibeantur, quæ expectorationem impediunt, spes reconvalescentiæ expirat & mors instat.

§. XXVI.

Resolventia, si modum excedant, & ultra euphoriam adhibeantur, plus justo fluxiles reddunt humores, & fusionem eorundem causantur, acrimoniam excitant, & irritationi molestæ ansam præbent; expectorationem minus proportionatam faciunt & nocivam; Nec ibi tamen ipsorum affectuum p. n. diversitas est negligenda & constitutio subjectorum & reliqua.

qua. Effectum iniquum post se relinquunt præcipuè per
educationem humoris nimiam, & exsiccationem subsequam.

§. XXVII.

Adstringentia, quæ interpositis becchicis & resolventibus
sunt expectorantia, in majori, quam par est, copia, ad-
hibita, relinquunt sæpè aliquid, quod nocere potest, vel
motum humorum vitalium aut etiam pulmonis debitam
expansionem impediunt. Cautione adeoque opus est ma-
gis circumspècta, id quod Medico clinico facilimum erit, si
probè hoc dato casu omnes circumstantias ponderet.

§. XXVIII.

Porro vitanda studio sunt omnia *medicamenta pectoralia*,
quæ serum pulmonis quasi radicale sive domesticum, una
cum sanguine, nimis educunt atque consumunt ac depau-
perant, quod si in praxi deprehendamus, etiam ab istis optu-
mè aliàs visis medicaminibus est desistendum. Probè et-
iam circumspiciendum, ne debita vehicula omittamus, aut
quoque ut sufficientem humectantium quantitatem admit-
tamus, aliàs energiam suam medicamenta non benè exfe-
runt. Sit jam exemplo *antibecchicum Poterii*, quod egregiam
opem fert in hecchicis, & phthificis, si verò debita hume-
ctantia non simul propinentur, magis nocet, quàm prodest.
Ita tamen etiam *humectantibus* est utendum, ne nimis laxe-
mus.

§. XXIX.

Tandem *laudata dulcia* ventriculo facillè nocent, bile-
scunt, sunt fermentifica; Hinc inibi probè quantitas tam
continua, quàm discretà observanda. Continua nimiam ob-
tunditur ventriculi tonus, robur, menstruum, laxantur e-
jusdem parietes & villi, dejectio fit appetitus & multa inde
sequuntur mala. Discretà si una vice assumantur hæc me-
dicamenta dulcia, pulmonem parùm juvant, ventriculi ve-
rò tonum enormiter lædunt. Et sic porro de omnibus
medicamentis expectorantibus hoc verum est: *usu genuino
juvant, perverso, sive abusu nocent.* Quæ ipsa hac vice posuisse
jam sufficiant: Deo verò ter O. terque M. sit laus, ho-
nor & gloria

T A N T U M.


❁ (o) ❁

Erfurt, Diss., 1723

X 2386946







4.
395
1723, 4

DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA,
**DE USU ET ABUSU
MEDICAMENTORUM
EXPECTORANTIUM,**

QVAM
SACRO SANCTA TRINITATE JUVANTE,
IN ALMA ET PERANTIQUA UNIVERSITATE
ERFURTENSI,
RECTORE UNIVERSITATIS AC PRO-CANCELLARIO,
*VIRO MAGNIFICO, MAXIME REVERENDO, PRÆNOBILI, AMPLIS-
SIMO ATQVE CONSULTISSIMO,*

DOMINO
**CHRISTOPHORO IGNAT.
DE GUDENUS, J.U.D.**

Insignis Eccles. Colleg. S. Sev. Can. Cap. & Scholast. Eminent. ac Celsiss. Princ. Electoris Mo-
gunt. Consil. Ecclesiast. Ejusdemque per Thuring. in Spirit. Sigillifero;

**CONSENSU ET AUTORITATE AMPLISSIMI
MEDICORUM ORDINIS**

SUB PRÆSIDIO
DN. HIERONYMI *Sudolff*
Philosophie & Medicine Doctoris,

Eminentiss. Elect. Mogunt. Consil. & Archiatr. Facult. Medicæ ac Philos. p. r. DECANI &
Assessoris Ordinar. n. n. Chymia & Mathem. Prof. Publ.

**DOMINI PATRONI ET PROMOTORIS SUI ÆTATEM COLENDI,
PRO LICENTIA**

ET SUMMIS IN MEDICINA HONORIBUS MORE RITU-
QVE MAJORUM SOLENNI LEGITIME OBTINENDIS,
PUBLICÆ ERUDITORUM CENSURÆ SUBJECIT

AUGUSTUS CUNRADI, *Spremb. Lusat.*
IN AUDITORIO MAJORI COLLEGH MAJORIS, H. C.
IN DIE XIX. AUGUSTI, M DCC XXIII.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

